

Оссолінські колекції.

CD – диск виконано в рамках угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów. Zespół
(fond) 103.

ARCHIWUM SAPIEHÓW Z KRASICZYNA

IX. RĘKOPISY I DRUKI.

624. Meta gloriae immortalis quam sagitta sapiehana a luctuoso obitu d. Casimiri
Leonis Sapieha attegit. Druk, Lwów 1659.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

ЛЬВІВСЬКА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ім.
В. СТЕФАНИКА НАН УКРАЇНИ

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

ФОНД 103 (Can)

ОПИС _____

ОД. ЗБ. 624/a

M E T A
Æ IMMORTALIS

Quam

TA SAPIEHANA

A luctuoso Obitu

Mortui semel, semper victuri

In Patriæ & Annalium memoria

Illustrissimi Dñi

D. CASIMIRI LEONIS
S A P I E H A

Procancellarii M. D. L. Orszanensis, Lubo-
fzanēsis, Volpēsis &c Capitanei, Admi-
nistratoris Oeconomix Brestēsis

Illustri Virtutum Honorumq; decursu

ATTIGIT;

DOLORIS VVLNERE

Gratis Mentibus inflicto,

Ac

Inter Funebriſ Pompæ ceremonias

RENOVATO;

A LVGENTE COLLEGIO BRESTENSI SOCIETATIS IESV

Famæ Poſthumæ

INDICATA,

Anno Mortui inter Mortales DEI HOMINI

M. DC. L. IX.

Leopoli, Typis Collegii Societatis IESV.

Posuit me quasi SAGITTAM electā. If: 49.
Optimi cuiusq; Animus maximè ad IMMOR-
TALITATEM GLORIÆ nititur, Cato Mai.

— — — *suaquemq;*
Fata vocant, METAMq; dati peruenit ad æni. Æneid. 10.

— — Magna tamen Tecum solatia lethi
Inde feres quod Te mæsti Populusq; Patresq;
Ingemuere mori. — — quod Principis ora
Vnius amissi tetigit iactura LEONIS. Stat. Silu. lib. 2.



In Auitū Insigne Illm̃i Dñi CASIMIRI LEONIS
SAPIEHA Procancellarii M. D. L.

Dant Tibi victrices decus immortale SAGITTÆ,
Queis notat erectū CR VX geminata stylum.
Non humilis, Te, metaꝝ decet, tam nobile Telum,
Quod super Astra tuo niteris ire situ.
Patritiæ fueras, Minor Annule, Meta SAGITTÆ:
Meta perennis abhinc, Annule Maior, eris.



ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. P A V L O

S A P I E H A

PALATINO VILNENSI
SVPREMO EXERCITVVM

M. D. L. DVCI,

Roslaiensi, Slońimē, Borcianē, Zđítouie

CAPITANEO,

Administratori OEconomia Szaulensis,
Kobrynēsis &c. &c.

COLLEGIVM BRESTENSE SOCIET: IESV.

Felicitatem.



*Q*uod nobis Lacrymarum fecundior quam verborum inspirat Dolor, hoc inter Parentales Lugubris Pompe Cerimonias eloquimur. Illustrissime Domine. Pauciores hic lineas, quam Lacrymas numeraueris; ubi non tam Eloquentia quam Doloris ductu, to Plorationi quam orationi similior in luctum desinit, cadit in lacrymas Oratio. Nimirum frustra ad limpidos Oratorum Fontes

uberem verborum profluentiam se euadere posse ille speret, cuius iam semel in profundiore Lacrymarum Oceano naufragauit Eloquentia. Perorandum lacrymis, vbi Cor & linguam semel occupat Orator Dolor. Ac utcumq; liceat aliorum exsequas prosequi erudito praeficarum eiulatu, id tamen inter Parentalia CASIMIRO LEONI instaurata agere, religioni sibi duceret nimium suo hinc ingenio indulgere Verus Dolor. Non ibi ementitos in Planctus abeundum est, ubi veras affundit lacrymas tantorum in CASIMIRO LEONE decorum iactura. Hinc sumat Tu, Dux Maxime, Doloris Classicum concini imperassi, subito & nostrate concolor pompae Dolor, ceu sociam daturus manum, in debitum comploratis officium veluti in aciem elicitus, Tuis sub auspicijs comparuit; quaesitum communi & nostro vulnere apud Te remedium, quem vubieribus etiam Patremederi optimē nōsse, apprimē nouit. Quanquā nec Doloris vulnere facile peti debet at remediū à Tuo, quo Patriā vel in turbido rerum statu serenas, vultu, cum

1913. *Manuscripta*

etiam assuetum vincere, vinci nesciam peccus Tuū tanto patere vulnere non repu-
 tas indecorum. Nec tecum hūc vinci, nec eidem mæroris telo, quo grādiore etatis no-
 stræ cadis Hercules, succumbere fuerit inglorium. Illud veremur vnicè, ne ita im-
 mortalia CASIMIRI LEONIS mortui semel, semper in Patriæ & anna-
 rium memoria victuri decora, quæ vterq; orbis meritò obstupefcant, stylo exornemus,
 et à Te SAPIEHANI Nominis & Gloriæ Herede dignissimo tenuitati dictio-
 nis (vbi grandiore Tullio, vel Maronis Homeriue tubâ opus esset) merito succenseri
 possit. Tanti est Censorios Magni Ducis, ac Tuos potissimum oculos subiisse, qui &
 stylo quondā contra Ignorantiam depugnāris, & victore semper Gladio nōris deter-
 rare contra hostes. Non probare tamen illa non poteris, quæ stylo Gratiæ Menti, hoc
 est, quæ lacrymis, quæ calamis adnotauimus; postquam non tam tenuem dicendi appa-
 ratum, quàm Tibi semper gratissimum (quod enim Tibi CASIMIRO, LEONE
 ratius Caput?) dicendi argumentum inspexeris. Quamuis & hinc Tuo accident nō
 ingrata conspectui, quando ad Tuū erubescere coacta conspectum à purpurato Senato-
 re induent purpurissimum; imo Tuo illustranda obtutu non minus ab illo, quo SAPIE-
 HANVM Nomen, adeoq; Poloniæ Orbē irradias, Lumine desument luminis, quàm
 ab Astrorū Principe minora Sidera serenentur. Certè is tantum illud splendoris à Te
 emanaturum in nos diffidat, qui vel inter immanes Sarmatiæ procellas, quas Gottis-
 us turbo excitārat, Te sereniore Poloniæ dies toties restituisse ignorat. cum Tu
 tam equorum quam victoriarum cursu tot spatia terrarum decurreres, & illatis
 post cladibus notissimus, & Laureis Patriæ Tibiq; ibi collectis Martiali Tua dex-
 trā, vbi Tullus Hostilius iterato Pauori & Pallori Tēpla vouisset. Esset ad quod i-
 nis trophæis fastum posuisset triumphās de Orbe Roma, illud in Te cū togatis Qui-
 tū miratura Ordinibus, quod & semper vincere, & contra quàm Annibal nosset,
 victoriā vti scias. Atq; vel hinc tandem Lugubris nostra Eloquentia sumit animos,
 in se à lugubri excludendam facile comitatu, quando recolit Te è Brestensibus olim,
 impis vberem trophæorū collegisse messem, triumphatis Moschi legionibus Diui nōstri
 digetis FAUSTINI faustissimo interuētū. Referes eam nostro Tuarūq; victoriciū
 regionum Tutelari gratiam, vt, qui Tuæ tunc dextera inseruit Lauream, & has
 liquot pagellas ab eius Clientibus insertas Tibi patiāre; illud ex animi sententia
 ouentibus, vt illum Te Patriæ quàm diutissimè seruent Superi, quem hactenus
 restiterunt. Viue, & eā qua potes, pollesq; beneuolentiā complectere

Illustrissimæ Celsitudini Tuæ

Deuinctissimum.

Collegium Brestense

Societatis I.E.S.V.



9
Et tu metire, Calame, quod audes;

Frustra his Dolorem includas lineis,

Quem tota continuabit Æternitas.

Malè Æternus Dolor ad libelli vnus arctatur compendia.

Nulla perennes lacrymas exhaurit vis Doloris.

Nec Oceanus Isthmo,

Nec paginæ angustijs bene committitur doloris Æternitas.

Non perinde hîc agitur, ac in Pyrrhi gēma Apollinē cū Musis exhibēte.

Exilis est Dolor,

Qui vel totus per lacrymas exsudat in palpebram,

Vel totus per calamum in paginam effunditur.

Tantus es, CASIMIRE LEO,

Vt sola Tibi lugendo sufficiat Æternitas!

Non aliter lugeri is meruit, cum quo tot perennia Decora tumulantur.

Tantæ Animæ cladem perennia vix eluant diluuiâ Lacrymarum!

Et Magnæ Moles parem ruinam,

Et Magnæ Animæ ab Obitu non imparē luctum trahunt.

Vel si pluribus, quàm Nilus, ostijs immodicus exundet Dolor,

Ad Magnitudinem Damni non pertingeret.

Maiora sunt, quæ luctum imperant, Tua Merita,

Quàm vt ex merito lugeri possint.

Nullâ finire decade seculorum debet plorandi necessitas,

Quam Illustrioris Animæ strages imponit.

Ei laticem quis affuderit,

Cui vberior lacrymarum Oceanus vix debetur.

Nec modi, nec termini eget is Dolor,

Quo Maximis simul ac Optimis parentatur.

Ad terminales Herculis Columnas hîc non venit,

Vbi semper PLVS VLTRA dolendi suppetit argumentum.

Tenuioris Animæ posthumum illud sit dedecus,

Vt ei vel nullis lacrymarum,

Vel haustis tantùm ex obliuoso Fonte aquis litetur,

Tam citò desituris, quàm primùm inceperint.

Temperare lacrymis non poterit Ætas Postuma, CASIMIRE,
Postquam Tuæ hîc lineamenta Gloriæ leuiter adumbrata inspexerit.

Quanquam vocaliùs Tua vel è Busto perorabunt Merita,

Quàm emortua Oratio.

Feliciùs Merita Æternitati seipsa infinuant,

Nec plùs è calamo exprimunt atramenti, quàm ex oculis lacrymarum.

Adhuc tamen talem & nos Te Posteris stylo transmittemus,

Qualis Tu factis in Æternitatem immigrasti.

Multùm interest nôsse,

*Quibus itineribus ad Famæ Capitolium & Gloriæ adyta quis penetrarit.
Lugere is nouit, qui nouit ex merito æstimare illa, quæ luctum cient.*

Vel faxes erudiuntur ad lacrymas,

Vbi illis alienæ magnitudinis sensus aliquis immittitur à Natura.

Sudorem elicit simulacro Orphei aduentus Alexandri,

(Ceu in tanti Principis encomio vel elinguis statua desudaret)

Lacrymas eliciet sæculis Tuorum recordatio Meritorum, CASIMIRE.

Ergo iam primò, tu Parentalis Dolor,

Gentilitiâ CASIMIRI Gloriam perscrutare.

Crescet hinc luctûs materies,

Vbi à tam Præcelsa Stirpe tam Nobilem Plantam noueris recisam.

Nequit non esse luctuosû, eos mori, quibus tam splendide nasci contigit.

Æquè tristior Occasus afficit, ac Ortus sereniôr recreabat.

Crescet tamen & Funeris Pompæ splendor à tanta Maiorum Luce.

Vel sepulchrales tenebras expugnat tantus Natalium splendor.

Eriam Occasus tam Illustris Animæ vincit Meridiem!

Commune quiddam habet hæc cum Sole;

Tam illa, quàm Planetarum Princeps nescit occidere vni,

Quin Orbi alteri sereniùs oriatur.

Latere ab Occasû incipit, non lucere.

At nec faciliùs laudem alicuius ad maxima perduxeris,

Quàm si à Maioribus incipias.

Nunquam pulchriùs coloratur Oratio, quàm ab Imaginibus Maiorum:

Nec cuiquam suauius inberet Eloquentia, quàm Auorum Ceris.

Ergo iam Auitum fulgorem intendat Elogium Sepulchrale.



Illustris:

I.
 ILLVSTRISSIMI NATALES
 CASIMIRI LEONIS
 SAPIEHA.

Cohibe Oculos

Tantæ Luci inasuetæ Posteritas;

SAPIEHANI Ortûs splendorē non quæuis palpebra impunè adspexerit;

Meridianum hîc crede Solem,

In quem oculos nemo conieceroit,

Quin vindex lumen in palpebra persentifcat.

Eluere lacrymis audaciam cogitur, qui audaces in Solem palpebras intorsit;

Quasi nec modicam tantæ lucis vfuram Cælum ferat

Absque Tributo Lacrymarum.

Ipse ille Armatus * Eques contra SAPIEHANAM Lucem

Vel à defluente in frontem casside Nubem sibi quærit.

Perstrinxisset olim Poloniæ oculos SAPIEHANA Serenitas,

Nisi in Aquilam incidisset.

Affueta Solem intueri volucris vel Soli æmulum lumen adspicit impunè.

Ad serenius Astrum cæcutire

Noctuarum id esto dedecus, non Aquilarū.

An verò non serenior esset Tua origo CASIMIRE,

Inquam Ducalis è matre, * & avitis Solibus splendor influxerit!

Nesciunt aliud quàm Lumen gignere immutritæ splendoribus Animæ.

Nec tenebras patitur, nec parturit Princeps ille Astrorum.

Nullas suo in sinu umbras educat Domus,

Cui sola ex usu est educare Luminaria.

Nunquam eos obscurior infamat exortus,

Quorum Nomina Occasum nesciunt.

Stellis id noctem colentibus, non Publico in Sole Ciui euenerit.

Adeò ab Ortu Splendidum,

Ab Aquila RADIVILIA Sublime,

A LEONE Martium Genus trahis, CASIMIRE.

In Materno Ducum Sanguinem, in Paterno Laticlauum & Clauam

(An enim aliud LEONEM, id est, Lituanum Herculem, quam Claua decuisset?)

De genu profundè, de manu veneror officiosè.

Certè Martiam Tuam qui nouit indolem, Indubium illi est,

Tenatum ex LEONE.

Sol ipse non aliam tunc quam Domum Leonis ambiebat.

Ita & Martiale Parentis,

Et Astri tunc regnantis cognomentum, te Martiali animo auetorabat!

Tantò felicius, quantò veltigia & Nomen Patris tu meliùs expresseras.

Sunt nempe pro Neruis Traiani,

Sunt Titipro Flauis.

An verò & Materna Regnatrix Ales Te supra homines non eleuet?

Non tam humiles gignit Animas ea volucrum Regina,

Vt supra solum non euolent versùs Solem.

Decuit Principem Aquilam cù Duce LEONE tam excellens Proles!

Nunquam SAGITTA SAPIEHANA velocius euolauit in sublime,

Quàm dum commercium cum Aquila RADIVILIA iniisset.

Regni Aquilis amicum Pectus

An alio quam ab Aquilarum nido emerisset?

Vsq̄ adeo ELIZABETH olim gignere Gratiam solita,

Iam potest gignere Aquilas & LEONES!

Plurimum tamen in Te laborauit Lucina, CASIMIRE,

Et cùm alios præmisisset, Te postremum edidit,

Ceu de grandiore partu diffideret,

Postquam Te LEONEM edidisset.

Grandior Tu scilicet eius vtero ferebaris Pericles;

Qui quondam in vtero Matri, in bello Athenis LEO est creditus.

Est, & quod tibi gratuler Lituanarum Urbium Vrbs Maxima,

Quantum tibi Lucis insit, vel hinc conice;

Quòd non aliam primò quam Tuam videre haurireq; lucem voluerit

Tam Illustris Proles.

Principem Heroinam non alia quam Princeps Orbis Lituanici Vrbs,

Imò non alia in Vrbe nasci decuit CASIMIRVM.

5

Fruere tanto bono, VILNA,

En tibi alter nascitur Tutelaris CASIMIRVS.
Ita pollicetur vel parui Corporis Inhabitor Ingens Animus.
Martia LEONIS proli fideles excubias præstabit

Eques tuus armatus;

Testaturus posteris, quo cursu ad Immortalis Gloriæ metam perrexerit

CASIMIRVS.

Adeò in Tuos Natales summa omnia conspirârunt, Illustrissime,
Tam in stirpe prænobiles,
Quàm loco ac tempore perquam illustres.

II.

Leuatur è Sacro Fonte à VLADISAO Principi
& CONSTANTIA Regina, CASIMIRI Filii
tunc nati, nunc regnantis ei nomen imponente

*Etiam inde lacrymas hauries, Dolor,
Vnde Vitam hauserat CASIMIRVS.*

Non largiùs Sacer Fons affundit vitam, quàm lacrymas.

Vitale vt est Flumen,

**Non minùs agit in Animam quàm Palpebras
Et abluere natum, & irrigare.**

An tamen laudes CASIMIRI Fonti committam?

Labili Aquæ Elemento Laus citò nimis aboletur.

Fluxo ingenio Aqua nescit Famae immortalitati consulere.

Malè Roma Coclitem & Clæliam in Tiberi adnotârat;

Hausisset hic illorum gloriam,

Nisi eam meliùs in Fastis Pietas adnotâset.

Stabilem Gloriàm à stare nesciente Elemento nemo speret.

CASIMIRI tamen Laus etiam Aquis inscripta perennat!

Nimirum Salubrior ille Fons nihil colit magis, quàm Fidem.

Fluidà alioqui indole, tamen fluxam Fidem refugit.

Debet tã constans ingeniũ soli CONSTANTIA

Quæ Fontem hunc bullâ CASIMIRI insignem coronauit.

Nunquam Fontanalia Sacra augustiùs celebrauit Terra,

Quàm cùm CASIMIRVM LEONEM è Fonte illo leuaret

VLADISLAVS & CONSTANTIA.

An enim Diuino attactum Latice plebeia attigisset manus?

Regio contactu eum consecrari decuit,

Vt extra Midæ fabulam, extra Platonis commentum,

CASIMIRI Animus Aureus redderetur.

Felicius id Regiæ præstant manus,

Quàm olim Rex ille in aurum quidlibet refinxit.

Egregium, CASIMIRE, & Tuum;

Quòd Te sic lotum Austriaca Fascia absterferit,

Nomen CASIMIRI coronarit.

Non aliter Tibi euadendum erat ad Basilicum Prænomen,

Quàm per Basilicas VLADISLAI & CONSTANTIÆ manus.

Idem Te voluit illa, quod Regiam Prolem, decorare Nomen,

Ne à Reginæ manu nil non Regiū emanaret.

Et non esses par summis Honorum Titulis,

Quem Regio Nomini ferendo parem,

Sensit CONSTANTIA, VLADISLAVS approbavit,

Didicit Lechicus Lituaniusq; Orbis?

Inuenisset adhuc Tuæ Domi Lilia

Amicum Liliis CASIMIRI Nomen,

Nisi ca olim in SAGITTAM solidasses;

Ad Martiam Polonorum Gentem accedendum ratus

Cum robore, non odore,

Ad Capuam & Annibalem relegasti Insigne Florem,

Ne in molli virtus frangeretur.

Eques Tibi Armatus magis adhæserat, quàm Eques Liliatus.

Auxisti tamen nomen Regium Paterno,

Ne LEO ille alium, quàm LEONem edidisse crederetur.

Fortes utiq; Fortibus creantur.

Non minus splendoris quàm virium ad Nomen admiseras;

Regium Ducis titulo miscens,

Tantò propius accessurus ad Nomen Regium,

Quanto pulchrius per gesta Fortia itur ad coronas.

III.

Ætas tenera CASIMIRI LEONIS apud

Exteros optimè transacta.

Etiam

Etiamné solum Solemq; Natiuum deseris, CASIMIRE?
 Scilicet illustri tot Decorum reo patriâ tantisper fuerat interdicendum.
 Nouus Prometheꝰ accepto lumine è Cælo Patrio in terras Gêtiũ excessi
 Illustraturus eas simul & Iustraturus.

Amplior est SAPIEHANA gloria,

Quàm vt Lechiæ ambitu capi possit.

Æmulam Solis dixerim,

Qui Orienti Patriam, orbi vniuersolumen debet,

Externi Luminis non indigens, sui largus.

Is domi lateat, qui foris Patriam obscuraret,

Domo pedem non efferant,

Quorum & Res angusta domi,

Nec Animus Orbe maior.

Angustũ est Magnis Mentibus Cælũ Patriũ.

Solum vertere, Magnorum cultura est Animorum.

Oras Exterorum inuisisse probrosum pleriq;

CASIMIRO LEONI splendidum, Patriæ fuit gloriosum.

Ætatem necdũ firmam Leoni Belgico firmandam,

Floridam ætatem Regno Liliorum concessit;

Ita vernâtes Annos excolens,

Vt illorum amœnitatem à Musarum lucis, Tusculiq; hortulis intenderit.

Tanti est Florem ætatis irrigâsse Fontibus Puteani

Ad Heliconis profluentem.

Benè hoc Latice restinguitur Ardor iuuenilis:

Altiores disciplinas ita animo complexus,

Vt tam Excelsam Prolem decuit;

Etiam Aristotelis Organum ratus conferre ad concentum Gloriæ;

Nec malè eum in orbe audire,

Qui Physicum didicisset Auditum.

Vix numero mensurisq; comprehenderet Mathesis,

Quantũ ille Geometriæ lucem extenderit,

Eam immenso planè Animo vel maximè retinens,

Qui omnes Europæ Angulos sui Nominis famâ impleuisset.

Didicit nullum sine Linea Diem trantigere,

Quam duceret ad extremæ fortis homines ad extremum vitæ

Erat iam quod in illo amaret Latii Parens VRBANVS,

Floris Lechici suauitate delinitus,

Dignissimi, quẽ APES BARBERINÆ delibâsset.

Stupere Europæ Principes indolem,

Quorum sic oras Peregrinum sidus serenaret,

Ita eorum decora in sua conuertens,

Vt minus externi splendoris acciperet, quam daret Patrii.

A Spinola bellandi solertiam,

E Belgio politioris literaturæ decora,

E Latio omnium amores in se Domum trasteres,

A dhuc apud exteros sui amorem fidelemque memoriam reliquit.

Dignus qui linguas omnium occuparet, quas bene calluisset.

.IV

Legatio Moschouitica à CASI-
MIRO LEONE SAPIEHA

splendidè obita.

Hactenus nomen Regis, iam & Personam induis, CASI MIRE LEO.

Ætatem nemo Tibi obiecent,

Matura sèper Gloriæ est SAPIEHANA celsitudo.

Nec Alexandri trophæa senium,

Nec Cyri indoles ætatem requisit.

Linguam Principis fuisse tam Tibi tunc promptum Nepoti,

Quam Abauis solenne.

Illis OS SARMATIÆ fuisse gloriosum fuerit,

Tibi OS VLADISLAI.

Testis est Moscua,

Quam nõ tam pedum quam Gloriæ passibus attigisti

Tot ibi Tuæ monumenta Fortunæ, quot vestigia imprimens.

Obstupuit Tellus illa in Te Opulentiã, quam & in suo Principe stupuisset;

Exsecrata suam Pauperiem,

Quæ & gentilitio equi tegendo nil haberet.

Habuisset tunc, quo eam expungeret nuditatem,

Si Eques ille se Tibi supplicem præbuisset.

Sanciendi erant limites tam egeno Veliti,

7
Ne extra limites ehlamydem quæreret

Gentilitiæ Egestati.

An perpetuam non feriret pacem Polonia cum eo,
Quem Æterna in Insigni Pauperies ad bellicas stimulâsset prædas?
Cohibēdus erat certo limite tã Barbarus Fu

Benè autem ferocienti TAVRO opponitur NOSTER LEO,
In TAVRVM libenter irruunt LEONES, Aquilæ inuolant.
Coërcere Belluam nomen LEONIS vel Alexandri potuisset,
Nisi desisset furere.

Ita ad Magna Nomina effrenes etiam Belluæ cicurantur!

Aduertit oculos & splendidior Legati comitatus,

Qualem & ROMA vetus miraretur, & Corynthus ambiret:

Dubium, vultu is an cultu ornatior,

In quo ornando ita Ars pretiumq; certabant,

Vt Naturæ ornamenta non excluderint.

**Serum vellera & bombycum labores
Exhauserit tantus splendor.**

Quidquid antiquos Romæ splendores excedit,

Ad SAPIE Hanum vix accessit.

Tanti est, nōsse Regiam ex æquo sustinere Maiestatem,

Et splendido apparatu ire in honorem Principis.

Ignorat Regum Nomina, qui solitariam inducit Maiestatem.

Summus illi gloriæ census est, qui sic suos census collocat.

Exornat domi propriam, qui foris Publicam rem illustrat.

Assurrexit Tuo Nomini Honoriq; stupens Moscua,

Adorans in Te VLADISLAVM

Quem paulo ante Ducis titulo coronarat.

Sensit grauem eius in Te Orationem,

Cuius antea graues manus fenserat.

Parere proinde monenti maluit, quàm pugnanti.

Quamuis & Tu flexanimâ MOSCHI annidōs facundiâ subegisses,

Eximius tantæ Maiestatis Orator.

Erat, quod à Te & Cyneas, Pyrrhi, & Nestor disceret Agamemnonis,

Amaret Polonia, VLADISLAVS honoraret

Oblato post Tibi Regalis Paranympphi titulo

E Pomerania Regiam Sponsam deducentis

Sed ò tuam, Moscua, fidem!

Adeonè fæderum Religionem cum vestibus exiit Tuus Fques?

Relaxas obstructam iuramento fidem,

Adcò impudens, vt sacramentum violes,
Adcò rudis vt, Quid sit æternam iniisse pacem, ignores.

Tanti est iurasse Græcâ fide!

Cauete Posterî,

Etiam Moschi Taurus fœnum in cornu gerit.

V.

CASIMIRO LEONI

collati honores, & ab eo bene gesti

Procul hinc Personatæ in Purpura simiæ,

Quibus habere satius est Nomina, quàm mereri.

Virtutem in vobis coronatam credi vultis?

Si coronari possunt, quæ non existunt.

Vos equidè tam longè decuit abesse à præmio, quàm longè estis à merito.

Nempe proiecit in vos Fortuna clauum Honoris,

Vt ceuad Maleam frangeret.

O splendida luxûs mancipia

Pro quibus ipsa etiam purpura erubescit.

Adoro Merita,

Quoties Purpuram veneror in Gente SAPIEHANA.

Non indecora illi est Purpura,

Quam tinxit Sanguine Barbarorum.

Honorarii Fasces perennant vbi perennat magnorum conscientia Meritorum.

Non eget Fortunæ calculo cui sua vnice suffragatur Virtus.

Inuenisti eam Tuæ Domi Fortunam, quam fecisses, CASIMIRE.

Parum Tibi erat in hereditaria Summorum Fascium Stirpe nasci,

Nisi eam talem efficere potuisses.

Non minùs illam inuenisti, Heredem Purpuræ, quàm reliqueris.

Accersendis Honoribus æquè nunquam deditus,

Ac semper fueras par oblati;

In primo ad Honores accessu talem Te gerebas,

Quales se tantùm plerique fore pollicentur.

Grandia Antecessorum acta paribus Tuis illustrans

Exemplis Optimorum institisti,

Et ipse

Et ipse inter exempla numerandus.

Fortius alios à te exactè acti muneris gloria ad æmulos excitabit,

Quàm olim Themistoclē Milthiadis trophæa

Miseram honorum sortem,

In quos indignis rarò subleuantur Digniores!

Dignior interim, qui succedat, expectatur,

Non aliter ac post hiemem Verac æstas

Nempe vt à Sole radii, sic exeunt Dignitates.

Nec solas semper irradiat gemmas Phæbus,

Nec sola semper sterquilinia.

Nunc in imbecilles humeros,

Nunc in grandiores inclinant suffragia pondus ac regimen Terrarum.

Successisti Tu Bonis semper Optimus,

Extra dubium iam relinquens,

Potuisse Traianū optimū Neruæ bono succes

Ita meritis audire par Summis,

Vt eligeres audire non impar Optimis.

*Honores ipsi non tam Te ornare, quàm ornari à Te videbantur,
Tantumq; illis dignitatis à Tua Persona accesserat, quantò Tu dignior.*

Adnotauit bene memor Æternitas,

Quæ Tibi Decora Publicis consignasti Notis

Magnus Lituaniæ Notarius,

Nō notior tūc ex Munere, quā ex rebus gestis

Honorarium scipionem ita gesseras,

Ac si eo totius Lituaniæ sustētares Fortunā.

Iam nec Romanum Scipionem, nec Virgam Mercurii aut Promethei

Præ tuo Scipione Orbis præoptasset.

Meliùs is à Regno mala propulsabat,

Quàm Herculis Claua olim monstra abegerit.

Honorarius Regis Anteambulo

Docuisti vt præire Fortunā nō sequi soleres.

Nisi quòd cum Vitream aliis, Gemmeam se tibi præbuisset,

Minoris Annuli Gemmâ Tibi consignatâ.

Macte, CASIMIRE;

ANNVLVS hic Æternitati te insinuat,

Eò Annuli curâ ornatiorem,

Quò splendidius est, splendidi Muneris vices pulchrè obiisse.

A Tua obſignâtiſ manu vel Regiæ voluntates vltimæ pondus acceperunt,

Ac ſi nec illæ ſatis haberent ab Inuictiſſimo roboris,

Niſi tuo Sigillo munirentur.

Rarus in hac ſcena Roſcius,

Qui Gemmam hanc ita verſare & apprimere ſciat,

Vt Auream non opprimat Libertatem.

Ita Tu id Muneris geſſiſti,

Vt Nomen apud ſuperſtites Boni,

Vt pud Poſteros occupaturus ſis Digniſſimi Senatoris.

Ab Oeconomix rationibus

Te totū referre ſolitus ad Oeconomix animæ

Tam Regia procuraſti Bona, quàm Diuina

Amplioribus Senatorum eò dignior Subſelliis,

Quò ea conſtantiùs reſuſtabas,

In hoc Caroli V. aliquid in Te exprimēs Magnâ Terrarū parte ſe euoluētis.

Non neſcius: Honor tantū in eſſe oneris,

Quantū & Auro in eſt ponderis.

Adeò Tibi etiam vile erat, quidquid in ſummo patet.

VI

Sereniſſimo IOANNI CASIMIRO ad Re-
gnum ſuffragatur, & fidelitatem erga eundem
ſub Sueticos tumultus ſtrenuè promouet.

Multū debes Regibus, CASIMIRE LEO; multū Tibi Reges,

VLADISLAVS Partem Gloriæ in Moſchouia,

CASIMIRVS tuis Præter alios ſuffragiis in Lechia Coronam.

Adeò pauciora Tu ab illis accipere, quàm ſtudueris illis dare.

Felix,

Qui ipſos etiam Regnorum Soles illuſtrâris.

Nunquam pulchrius Tributum Regiæ ſtirpi perſolutum,

Quàm

Quàm dum Tu Aurum Coronarium vnâ cum aliis CASIMIRO tribui

Indecorum arbitratus,

Tātas Virtutes Prīcipis nō incedere coronat

Noueras, Nulli melius incumbere Coronam Capiti,

Quàm quod antè sua Merita coronârunt;

Et mereri Sceptra bene terro afsuetam manū

Nec alium tam exercitatæ Virtuti post sudores bellicos deberi fructum

Quàm Pomum Aureum.

Adeo volentes libentesq; in Solio adoramus,

Quos pridem in animo coronauius.

Militant nempe Meritis suffragia, & eligentium Mentis inclinatur.

Non minùs iam in alium conspirârant Calculi quàm Animi,

Nisi Tu candida in CASIMIRVM suffragia inclinâsses,

Dignum Sceptris visum,

Quod Tu præter alios etiam id sentires;

Tunc Te Regio CASIMIRI Nomine probans dignissimum,

Cùm sic eligentium animis imperares.

Adeo prælargus Tu beneficii Æstimator

CASIMIRI Titulum grandiore Titulo Regis refundere studuisti!

Id demum beneficii genus est maximum,

Tantum largiri velle, quantum postliminio ad Te redire nequeat.

Vltro citroq; dare beneficia vendentium est, non largientium.

Sed quia minùs est delegisse Regē, nisi diligas

Minorq; Sceptri iactura est quàm fidei;

Testatum Orbi reliquisti,

Quàm non desereres immerentem, cuius Virtutem coronâras.

Simul ac Gotticæ hostilitatis torrēs inūdauit,

Pluriū magis naufragauit fides erga Principē,

Quàm Polona tunc naufragaret felicitas.

Excesserat Regno iam CASIMIRVS,

Cùm succederet Europæus Prædo,

Vel suas tres vnâ hâc mutaturus Corona.

Testabatur inclinatam Polonorum Fortunam Rex CASIMIRVS,

Quam sic declinabat.

Nunquam aliâs tantum regnauit Calamitas,

Quàm cū

Quàm cùm Coronatum Verticē impeteret.

Occurristi Coronatæ Calamitati,

Et ne i deditiōē iclinarēt vel Muri vel Animi,

Ne ūe aureis pollicitationibus à Gotto vincerentur,

Quos ferrum non fregerat,

Suadebas præmiis, exemplo acuebas,

Eximius à Persona Regis Tuaq; Orator:

Præstare hostem, quàm fidem semel Principi datam falli;

Malè fidem obligari malè Fidei Tyranno,

Qui primò cùm Tiberio tonderet pecus, mox degluberet;

Nunquam eam labem in Polonos cecidisse,

Quorum sinus Principi fideles excubias semper exhibuit.

Occumberent potius fortiter, quàm turpiter tantæ cladi hostiq; succumberent;

Nil profecturas hostis vires, si viros se probarent;

Auderent; se Authorem, Ducem alium præstò esse;

Se Patriâ priùs, quàm fide excessurum,

Eligere, extorrem esse potius è Regni partibus,

Quàm Gotticum pati iugum;

Si ruant omnia; quin, si possit, à ruina se vindicet?

Vivat, inquit, hîc, cui lubet sub hostis iugo,

At Polonum seruire pudet.

Bis victus est, qui & Patriâ & Libertatē amisit.

O vocem tanto Patriæ Ciue non indignam!

Et non viciffes pectora, CASIMIRE LEO,

Quibus tam potens tormentum admoueras?

Fortius tunc egisti verbis,

Quàm Carolus armis astuq; posset.

Hinc an immeritò ROMA Fidei amica tantam tuam fidem prædicat?

Mirata, etiam Non deficere fidem Tuam.

Tantum domi vocem intenderas ad gratiam,

Vt apud Tyberim etiam benè audires,

Dignus qui in Septem Collibus audireris.

Ipse tūc Capitolinus Anser Calamū obtulit,

Quo tua

Quo tua experfecti semper vigoris in Principem fides
Æternitati inscribenda laudaretur.

VII.

THEODORAM consortē è Tarnouiorum Gē
te accipit CASIMIRVS, eiq; Vilnæ splendore
maximo parentat.

An & lætior inter mortuales lessos Hymen occinit?
Adeonē nulli absq; gaudii satellitio luctus?
En inter tumuli tenebras serenius elucet fidus?
Agnosco inter tumuli tenebras Tarnouianæ Gloriæ Auitum Iubar.
Viuis adhuc, Tuoq; funeri superstes nescit intermori Tua felicitas

ILLVSTRISSIMA THEODORA.

Etiam hodie Tua Luna tam Profapiæ Tuæ lucem inuehit,
Quàm SAPIEHANÆ de sua sat illustri.

Nullam Tuæ serenitati Lescus Niger alliniit fuliginem,
Nec eam VLADISLAVS LOCTICVS imminuit.

Et Tarnouianum fidus non alia decuit quàm Regum Serenitas,
Et Regium CASIMIRI Nomen non alia Confors,

Quàm Regiæ Stirpis planta prænobilis.

Ita SAPIEHANO Lumini non nisi Maiorū Gentiū iūguntur Luminaria!

Delicatum est Magnæ Lucis Regnum;

Nec tenebras, nec minora patitur Astra,

Nata hæc perdere, nî illustrari petant.

Ad sereneiorem tamen ortū THEODORÆ oculos vultūq; qui demittis,
Etiam occasum obstupefce;

Serenitatem ortūs intendit Regum Serenitas,
Occasum liberaliùs illustravit CASIMIRVS.

Meminit VILNA

Quam illustrior ab obitu reuifit THEODORA,
Ne non sereneior esset in occasu,

Quàm in ipso Vitæ ac Fortunæ meridie.

Nec Sabæi thuris tantum Cæsar Nero impendit Vmbrae Coniugis,
Quantum hîc auri est impensum.

Nimirū Poppææ nomē bene olere nō poterat, nisi Sabæis opib; cōsuptis,
THEODORÆ virtus omne Auro pretium adimebat.

Vix vllius vita tanti est æstimata, quanti mors constitit THEODORÆ.
Adeò Aureas

Adeò Aureasè Platonis sensu Heroùm ac Heroïnarum Animas
Nobile hoc metallum vel in funere comitatur.

Fuerit aliis Lactea ad Cælum via; Aurca THEODORÆ.

Quamuis & Ignea dici possit,

Tot illi per tot viarum spatia facibus prælucentibus.

Decuit has Æternitatis Neo—Sponsæ præferri faces ritu Antiquorum.

Non tacebunt posthuma Sæcula,

Quidquid solida in Consortem CASIMIRI Pietas aureo stylo exarauit:

Illi ipsi sepulchrales ignes illustrabunt, Aurum ferenabit eius Nomen.

Nec tamen ita Maiorum aut SAPIEHANO illuxit lumine Theodora,

Vt non ampliùs luceret è suo;

Exiguam rata lucem quam darent Fumosæ Imagines,

Vel atræ post Funera faces intenderent,

Nisi eam Aurea Probitas intendat extendatq̃.

Æquè Lunam stellarum,

Ac Heroïnâ exornat Virtutum comitatus.

Hic vel maximè Comitem Comitatus decet.

THEODORA certè nec liberalitatem vnquam à manu,

Nec virtutem exclusit ab affectu.

Fragile Bonum solidâ Pietate consolidans,

Ita VIRO suis inhæserat affectibus,

Vt magis diligeret CAPVT VIRI.

Æmulata Misericordiarum Parentem,

Expressit in se apprimè Matrem Miserorum.

Ita felix, vt posset;

Ita munifica, vt vellet egentibus subuenire.

Non ignara: Nullam auro Pulchriùs expugnari, quàm ferream egestatè,

Nec viliùs soluendas solandasq̃;

Quàm Auro, lacrymas Egenorum.

Sed ô Cælites terrenorum auidos Siderum;

Non minus sibi Mars Optimas oppignorat, quàm Cælum Illustres Animas.

Flerem extinctum Lunæ Tuæ lumen, CASIMIRE,

Ni Cælo LVNAM deberi scirem.

Præiuit tibi ad tumulum, ad thalamos adoptata THEODORA;

Neinpe suum à Te repetiit Donum DEVS.

Expalluit vel Tarnouiana Luna in tantæ mutationis Symbolum.

Illustriores Tibi hætenus fecerit dies,

Nocturnus certè hic Planeta noctem & tenebras amat,

Expediti-

VIII.

Expeditiones bellicæ CASIMIRI LEONIS; &
miles eius stipendiis semper Patriæ exhibitu

Boni Patriæ Ciuis est & ornare Patriam & armare.

Malè rei prouidet Publicæ,

Qui decora, quæ ei peperit, non tuetur.

Tam Auro eget Patria quàm Ferro.

Amat illa & domi consilio & foris manu strenuos.

Non eò hæc attinent,

Vt tuas laudes imminutum eant CASIMIRE.

Et domi Te Curium, & militiæ nouimus Camillum,

Ibi Oleas, hîc vberius metentem Laureas.

Expauit in Te Hostis Ingentes dignosq; LEONIS Prole Animos.

A Martia SAPIEHARVM prole an solus fores degener,

Quæ LEONES generat, nunquã Ceruos:

Non minùs Bellonæ sacra est quàm Palladi SAGITTA SAPIEHANA

Eò victoriæ certior,

Quo magis abundat Signo, in quo vincat;

Immortalis secura vel Laureæ vel Gloriæ,

Quod eã nõ sinat emori adiuctũ Lignũ Vitæ

Non minùs Gladio assueta SAPIEHANA Manus, quàm Annulo.

Leue illi ferrum est Dexteræ,

Quæ Grauißimũ strenuè versat scipionem

Exhorruit illam hostis tot prælis exercitam,

Quot clades ille proprias, quot Tui Parentis numerat trophæa Casimiri

Hoc vnico suam solari ruinam solitus,

Quòd eius, id est Magni Æneæ dextrâ caderet

Etiã capite deposito Virtutẽ illius adorans.

Sensere & copiz Rebelles SAPIEHANÆ Sagittæ aciem,

Quæ de vulneribus hostium non plùs cruoris quàm Tibi Gloriæ elicuit

Deletura sanguinis diluio hostiles cuneos,

Nisi aliquos veller superstites cladi suæ,

Vel in Tua venia inuenturos salutem vel in fuga.

Quàm inexpugnabilis esses

Plures Tuæ oppugnatae diu, nunquam expugnatae arces
Moschum & Orbem docuere.

In fortiorem Troiam illas hosti conuersas crediderim
Ne decennio quidem expugnabilem.

Semel Tibi alea Mars vertit,

Zborouiensi colluue campos inundante;

Vbi Tu cum quinque Tur Nominis Heroibus substiteras,
Ceu optionem hosti dares, a quonam Vestrum vinci mallet.

Stere ibi victrices Tuæ Peditum Centuriae

Donec fortiter caderent,

Securae de victoria, nisi viuere desissent.

Virtutem Tuam veneratae sic cadendo.

Tam pulchrum illis erat hostem sternere,

Quam sterni pro Patria gloriosum;

Vt illa haberet aggerem ad coercendam hostilis vim torrentis.

Victorem ibi reliquere Spiritum,

Vt eo Polonia viueret;

Daturi uberem Gloriae messem e Campo sanguinis,

Quem tam imbre nobili fecundassent.

Viues Tu CASIMIRE,

Vel a caesis viram haustus immortalis.

Quoties vero Tu ad pileum Seruitia vocasti & galeam

Ferro apud Te Auream mercatura Libertatem?

Quot munisti, munita strenue tutatus es propugnacula

Non minus contra hostem, quam contra obliuionem tui Nominis valitura?

Semper Tu is eras,

Qui & Tuam tuis aleres impedias Gloriae, & militem.

Auri copiam in Patriae vtilis effundere Copias solitus,

Aureum Tui soli saculum in Ferreum recudebas,

Nec Auro parcens nec Ferro.

Ita totus Poloniae Gloriae vectigalis,

Vt et bellanti semper affueris Maestati,

(Vt semper Magnis stipatur Nominibus galeata Maestas)

Et fortunas in Regiae Poloniaeque, Fortunae auctoramentum effuderis.

Ab Ale-

IX.

Ab ALEXANDRO VII. ROMANO
Pontif. eius deuotio erga Sedē Apostolicā,
ad quam ille Schisma reducere sæpe conatus
laudatur literis ad eum datis.

Quid hic adstrictior desudas, Eloquentia?

Tempera ingenio,

Vbi stylum molitur Grandior Orbis Orator

Fauendum linguæ, vbi Lingua loquitur Vaticana.

Tantus es CASIMIRE LEO,

Vt Septentrionem cum Meridie Tui famâ Nominis coniungas.

Amplius Elogium ne exspectes,

Quam dum Te Urbis imò Orbis Antistes elogio est dignatus.

Securus es Gloria,

Quam tantis Clauibus commisisti.

Ardens ille Religionis Vaticanæ amor

Tantum in Te excitauit incendium,

Vt flammæ trans Alpes illuxerint.

Nūquā Tibi pulchrius laus cōsignari poterat

Quam Annulo Piscatoris.

Adeo Tua pro Gloria etiam Anser Capitolinus excubat,

Melius quam pro hortis Hesperidum Draco peruigil.

Perenabit hæc Gloria incisa Petræ fortissimæ

Tanti Capitis reuerentia

Tantos Tibi conciliat honores CASIMIRE;

Nimirum potissima Procerum laus est,

Aut pro Numine agere, aut pro Vicaria Numinis Maiestate.

Hinc Tu æquè Romanæ Religionis cultor ac propagator,

Illius amorem in deliciis, Splendorem in thesauris,

Incrementa in lucris reposeras atq; votis;

Ita in sensus Schismatis, vt illud ditius esse velles

Inferēdo ei inobilitē Piscatoris Anulo Vnionē

Ira Schismatis integritati providens,

Vt nullū ē Schismaticis Capite iminutū velles

Eos præmiis coronans, qui CAPVT iam haberent;

Alliciens: Qui rationem cum CAPITE adhuc recusarent;

Misertus illorum sortem,

Quibus Cæli fores patere non possent.

Eò quod Romæ abiicissent Claves.

Et quomodo federent in Cælitum Regno absq; Sede?

Aut quomodo Acephali sperarent Gloriæ Coronam

Emeriti Capitis coronamentum?

Adeo fatale est CASIMIRI Nomen Schismati

Aut eius sana oppugnat, aut his saluis Fidem

Nisi quòd Diuus ille seueriùs pugnaret,

Ipsa etiam elementa contra illius delubra armans;

Nofter hic leniùs, fauore agendum ratus non feruore,

In eo par vterq; quòd ab iis proscindendis abstinerit,

Qui seiplos vltro rescidissent.

Charitatem (quam nescirent vel maxime)

Eos edocens tantæ exemplo Charitatis.

Optabat eos è nihilo educi,

Qui in nihilum absq; Charitate abiissent.

Semel Schismati hostis exstitit,

Cùm aufu impio Sigillum eius pereret.

Amicus esse non poterat sic Gemmam Annuli temerare cupienti.

Sed & Gemmæ consuluit & Vnioni;

Cū ne Fidē opprimeret sigillū nō apprimeret

Odiōsā Pacē sētiēs, quæ excluderet Vniōnē.

Quā verò Tu fronte, quibus oculis cæteros fidei hostes aspexisti?

Dixerit VILNA,

In qua CRVCIS inimico restiteras, non metuenti inuadere,

Quam & Orcus timeret.

Tunc enimvero Tua laboravit SAGITTA,

Vt Aquilam sic ferocientem deiceret,

Deplumandā, nisi tela pro plumis gessisset,

Tanti est plumas pilosā semel amisisse sub Calamo.

X.

CASIMIRI LEONIS Liberalitas in Sacra
& Profanâ Egestatem, in Diuos, Diuorum
familias.

Hic iam liberaliùs indulgendum laudibus,
Vbi ad liberalis dextræ ingenium deuentû est

*Præparcum non decet esse Calamum,
Vbi & parcam esse Manum pud. t.*

*Mec enatem nactus cum sis, cur non subito Maronis ingenium induas?
Esset tamen vtinam tam promptum Oratoribus scribere,
Ac Tibi erogare beneficia, CASIMIRE!
Vtinam è Munificentia Alueo,
Æquè dicendi venam ac beneficia haurire licere!*

Totam Titigloriam exhaustisti

Ira Beneficentiæ genio assuetus,

Vt nec horam perdideris, vbi Titus diem.

Oceanus est quem affundis,

Non modicus latex Gratiarum.

*Pluribus, quàm Ægypti Flumen Ostiis,
Aut quàm Thebarum portis, à Te exeunt Congiaria,
Illud habente cum Traiano communes.*

Quòd ea impertias de Tuo.

*Miserorum vota occupas,
Non ignarus, Illud inter beneficia principe loco reserendum,
Quod gratu. to quis elargitur.*

Non gratis largitur quisquis erogat inrogantem.

Preariam Tu ad Antigoni torrentem relagasti Gratia n

De quo nec Aquam licuit gratis bibisse.

Dignum planè fuerat illud stagnum, quod exareret,

In quo nullus gratuita beneficentiæ motus inesset.

Carò Tibi constant lacryma Pupillorum,

Quas aureà lance examinas;

Non inscius:

*Etiam Cælum Cælitesq; Auro omistum Asinum expugnare bene posse,
Et Aureum vellus eò penetrare,
Vbi bellico Ariete nil profectum.*

**Hic ille est Belli neruus
Quo Cælum expugnatur.**

*Gaudent iam miserorum examina
Suas lacrymas in gemmas aurumq; Te auctore transiisse.*

Adeo Tu etiam

*(Vti nullâ re magis homines ad DEVM accedunt, quàm Munificentia)
DEVM effingis Abstergentem lacrymas ab oculis.*

Exhauriri nequit Tuæ Munificentia Nilus,

Postquam mutatus est in Mare Gratiarum.

Nec literatos ab eo exclusisti,

Ne vnum sub Iulio Mecaenatē Orbis haberet

*Inprimis tamen Sacrae Profanaeque, Themidis notitiam foueras,
Pontificem in illa, in hac Cæsarem veneratus*

Iustitiam in vtraque.

Habet jam, vnde & Cæsareus Codex pretium sumat,

Et Corpus Iuris Spiritum & Vitam ducat.

Nemo Te iam Iustum negarit,

Qui sic Iustitiae litæris Animum & Fortunas.

Tacerent id volumina,

Loquentur animanda in Tuam laudem saxa.

Plus Tibi tot erectæ moles debent, quàm saxæ Memnō Soli,

Quàm Simulacrum Orphei Alexandro.

Illi ipsi Sacri lapides citra Orphei fabulam in Tuas laudes desudabunt,

Et sacrae Modulantium in erectis à Te delubris voces

Diuinas iuxta ac Tuas personabunt laudes,

Duraturas tamdiu, quamdiu illud durabit Marmor.

Tot Centuriae Deo militant Tuis stipendiis.

Adeo Claustra etiam perumpit tanta vis Munificentia,

Felix, quæ promissi à Domino Centupli partem pendat pro Domino

Securus es de rapiendo Cælo,

Qui Auro etiam Cæli Ciues Tibi concilias.

Iam nec Vallem Iosaphat expauescis,

Magno IOSAPHAT Tibi obærato

Quem veluti Cæli Obsidem Tuo argento inclusisti;

Hæc

Hæc nempe *Clavis Argentea Templum Gloriæ Cælij, refert.*
Habes abundè, unde in DEVM Cuesq; sis liberalis;

Facturus Tibi Cælū ex alse vectigale,
Sialunde non sit soluendo Tātus Fenerator

Hastis alii argenteis ex voto depugnent,

Aurè Tu SAGITTA,

Tantò fortiùs quidlibet impetente,

Quantò certius Cor etiam DEI ferit.

Intentat illa suo situ ictum Cælo,

In deditioem illud facillè inclinatura,

Capto tantâ Humanitate DEO.

Metâ sibi nō ad Gades præfixerat sed i Cælo

Sēper Plus Ultra Beneficētiæ telis pugnatura

Quamdiu Cælum non attingeret.

Sed en iam attigisti Metam, Felix Telum

Superest, vt pulsâ è Zodiaco Chironis Sagittâ,

Tu in eo pulchrius de nouo illucescas.

XI.

Liberalitas CASIMIRILEONIS in Socie
tatē IESV, cui etiã Tēplū erigit Brestæ SSmō
IESV Nomini & Diuo CASMIRO sacrū.

Is demum verè Munificus,

Qui nec Minimos à Munificentia influxu remouet.

Vel quod minimum est, Crescit quodcumq; Fons hic rigat.

laueat, in quem post DEVM Diuosq; munificus existat,

Cum ne IESV quidem Nomen indonatum vult abire.

Quem enim in sui cultum non traheret

Suauis OLEI EFFVSI fragrantia?

Adeo fortis es CASMIRE,

et etiam initiatos hoc oleo Athletas in Amoris certamen euoces.

Adeo potens,

Vt ornatissimum è suo IESV Nomen ornare possis.

Felix, apud quem inueniat sua DEVS etiam ornamenta.

Gaudet ille se Tuâ ornari dexterâ

Nos ab eadem vinci.

Ne Tuæ metuas Gloriæ,

Postquam sic Diuinam alere incepisti.

Dulcius abhinc Tuum in posterorum Annalibus sonabit nomen,

Suauitate à Dulci illo Nomine delibatâ,

Fragrantius, mutuâtâ ab Effuso illo Oleo fragrantia.

Erexisti contra temporum audaciam Tibi Turrim Fortissimam,

Vel ex eo fortiorem,

Quia Tuâ illam SAGITTA obarmâsti.

Eadem Basilica & Diuini Nominis erit & Tui Monumentum.

Vnus Tu Magnum alioqui Nomen

Docuisti posse Templo capi:

Altissimi nomē ab hominib. etiâ exaltari:

Admirabile, Structuris posse mirabilius reddi.

Quæ Bona hinc Tibi euentura essent,

Prædixit illius Nomini sacer dies,

Quo Primū Lapidē Lapidi angulari posuisti

Et ne hunc solum erigeres ad terrorem,

Terribili Titulo gratiam addidisti

A Liliis CASIMIRI,

Ne Regium IESV Nomen sine Regio flore permaneret.

Cum CASIA & MYRRHA

Meliùs fragrabit OLEVUM EFFVSVM.

Reddidisti tunc Cælo vicem,

Dum, quo lucem aspexeras die, DEVM sic illustrares,

Datam tunc lucem Auro redimens,

Vitali Nomini Ædē sacrâ erigēs i Vitæ pretiū

Testaturus illâ posteris,

Quātū intererat Patriæ cōmodis Te natū fuisse

Ita tunc non libentiùs deflectebat in Leonem Sol in Cælis,

Quàm ad LEONIS Domum DEVS Sol in terris.

Silco nō silēda Nostro Ordini impēsa decora,

Præbitam toties opem opesq;

15
Fauentem sēper fouentēq; Socios Amorē

In tuto collocasti beneficia, CASIMIRE,

Non in Letheum illidenda scopulum.

Non degenerant hīc gratiæ in Rosas mox dehiscētes, simul ac euolutas
Florum id et Maii senescere nescientis ingenium esto, non Gratiarum.

Primordia gratiarum ante egimus, finem nunquam.

Immortales Gratiarum Hortos asseruit Aristoteles, nos facimus.

Non facilē apud nos (quod Pomponius timebat)

Gratia post munera confeskit

Nunquam ingratis enecanda.

Viuet tamdiu memor Tui Stipendiaria IFSV Nomini Legio,

Quamdiu Tua in Tuis felicitas perennabit.

XII.

Reliquæ Virtutes CASIMIRI LEONIS delibātū

Excedunt vulgum Heroum Animæ

Et terras splendide ingrediuntur, & relinquunt,

Nihil magis perosæ quàm solitudinem.

Et Comitum amant satellitia & Virtutū.

Silentio hīc alios, Te stylo veneror, CASIMIRE.

Rar9 grādiori in Cælū iērit probitatis cōitatu

Nempe Via Æternitatis nulli adeunda est absq; comneatu Virtutis,

Et Arduos Honores ornare ambit Virtus in Arduo sita.

In Tua Aula nihil citiūs occurrerit, quàm probitas,

Ne sub Virtute domina dispar famulitium pro foribus moraretur.

Cauisti, ne exulante ab Aula metu Numinis

Securiūs regnarent vitia absq; freno timoris

Castigatos Aulæ Tuæ mores qui inspexerit,

Numæ dixerit Regiam,

Inqua Tu nihil licere voluisti non ad præscriptum Virtutis

Execratus eos,

quib9 tota Aulæ gloria pēes frequētiā vitiorū

Imò proscripam ab aliis Pietatem ad Tuas Ædes inuitasti;

H.

Solitudi

Solitudinem existimans

Vbi pullis Virtutibus scelera oberrarent.

His tantum & subditorum querimonijs nullus in Aula Tua locus,
Quorum lacrymas impediueras viuis,
Vt eas mortuo vberius affunderent.

Nec tamē ita Virtutes in Cōclaue admiseras

Vt excluderis Virtutum Ducem Prudentiam,
Non tam partam paratamq; experimentis,

Quā magnæ mēti in dotem à Natura trāscriptā

At nec ita Tecum in Animo

Senatum quendam circumferebas,

Vt alius Tibi præstò domi non esset.

Habebas, de quorum mente talia Tu responsa peteres,

Qualia nec Delphicus Apollo,

Nec ipse Consiliorum Deus Consus depromere sciuisset.

Vix vnquam à Te actum cuius Te pæniteret,

Adhuc tamen contra Te ceu Reum agebas in clandestino iudicio,

Reum scilicet nimix Probitatis.

Imponebas Tibi necessitatem cauendi mala,

Cui à puero inlucuissti,

Inter missuum copiam adhuc crebrò famelicus eras,

Nisi de Ligno Vitæ comedisses,

Gratulatus Tibi, quòd vno in ferculo Omnia reperisses.

Necet equidē Grandes Animas *Cibus Grādiū

Et Selectissimas è vulgi fæce mentes

Frumentum Electorum.

Viam Vitæ ingredienti conuenit Panis Viuis;

Leuior Cibus euntem ad Cælum non aggrauat.

Sic tamen, CASIMIRE, inhærebas Domino,

Vt Ancillam Domini simul coleres.

Præiuerat hîc Tibi Diuus Tutelaris

A quo & Nomen traxeras, & affectus.

Quippe non rectè Vitam diligit, qui non diligit Vitæ Matrem.

Sperare Vitam desinat,

Si eam non adeat, quæ Vitam ei possit gignere.

Sed multus sim; si per singula virtutum Tuarum Nomina ire velim
Non perinde illæ recensentur, ac fiunt

Astra ipsa æternitatem earū laudibus initiant
Quas nos ad momenta cogimus.

Illud de CASIMIRO dixerim,
Aut nullum Scæua Claudii suo in annulo notâsset Heröem bonum,
Aut primum è paucis CASIMIRVM.

XIII

Moriturus Bonorū Heredē designat Illmū D
D. PAVLVM SAPIENHA Palatinū Vilmēs: Suprē:
M.D.L. Exercituum Ducem, cuius laudes
atte xuntur.

Non totus moreris CASIMIRE:
Viuis adhuc in Bonorum Gloriæq; Herede Illustrissimo;
Cui erectus ad magna Animę Palatinā Curul
Superior Hercule Virtus, Clavam,
Tuus tanti Capitis amor Fortūas cōsignauit.

Felix & ille hâc fortunâ, & Tu Hoc herede.
Abundè militaturo Tuæ Suæq; Gloriæ Duci
De Neruo Belli prouidisti.
Non gratis Nomen obtenturus immortale,
Quod tanti emisses.

Tanto Tu in pretio lacrymas, quas Tibi morituro affudit, reponebas.
Neque sterili Agro cōmisisti semētē Aureā,
Segetem hinc colliges aureo Phryxi vellere cariorem.
Plenâ ille manu perennem Tibi Gloriæ refundet censum,
Semper Te in corde habiturus,
In quem sic vltimam inclinaueris voluntatem.

Te verò inuictissime Dux, Fortissimum,
Qui sic Fortunam in manibus geras.
Adeo fortitudini Tuæ tributaria est omnis manus.

Pulchrius Te CASIMIRI LEONIS,

uã herculẽ ornârît exuuiæ Leonis Nemcæi.

Is tali Auro nempe potiatur, Cui dulce Ferrum est.

Sic dum Tu ferreis hostem ageres, Illustrissime,

In Aureas ipse Hastas impegisti

Vincendus, nisi metallum illud recreare natum esset, non ferire.

Vel ideò pallidum,

Quod se ipar cerneret exornâdæ Tuæ virtuti

Bonorũ Te ex Dodrante CASIMIRVS,

SAPIEHANÆ Fortitudinis ex aise Heredem

Genus & Virtus fecit.

Non minùs Tibi ditescit facultatibus,

Quàm strenuè factis Ærarium.

Oppressisset alium hæc Fortuna, Te incitat ad maiora,

Ducem eo tempore electum,

Quo & ignauus nollet vincere, & Magnanimus non sperare;

Maiora Tu toties Duce sed non te ausus,

Probas Te LEONIS æmulum

Pares fasces manu non impari gestare.

Cervos ipsos aduētũs Tui famã,

Leones effecisti,

Lublinẽsis Fortunæ bis assertor secũdissim9.

Contra Caprum illum Tuã meliùs quàm suã cinctum Coronã,

Nec aries bellicus profecit.

Exhorruit & Eques ille nudus,

Cũ Tu Armatum ei ad BRESTENSES Campos opponeres.

Faustissimus tunc è campo excessisti Victor.

Vt nõ dubiũ esset FAVSTINũ pro te pugnãsse

Te trophæa, hoste nil numerante præter Cadauera occisorum.

At quàm TIKOGINENSIS Laurea Gloriosa Duci Tibi?

Opimiora Spolia ne quære,

Quã cũ Clauas Ducũ Victore ferro meteres.

Septem has hostis obtulit,

Ne septies cadere cogeretur,

Testaturus Orbi, quoties Clauam merueris tot Clauarum Imperator.

Qualem

17
Qualem Te sensit Gotticus furor, qualem imbelles Transilvani Copiæ,
Testabitur Æternitas,

In quam Tu triumphalibus lineis deducta trāsmisisti trophæa,
Præmisso antè feliciter in eandem
Magno Tui Sanguinis STANISLAO,

Cælo è Consanguinei Kostcæ Gloria,
Patriæ de Trophæis,

Hosti è suorū strage sæpiùs,

E pugnādi solertia semper notissimus.

Sed quò me à mortualibus lēssis Poëtico non impar abripuit ardor?

A Cupresso ad laureas, à feretro ad trophæa,

A luctibus ad lituos exerrauimus?

Redeo ad Te, CASIMIRE; tu ad nos, Luctus, redi.

XIV.

Mors CASIMIRI LEONIS SAPIEHA.

Ergonè post Acta immortalia Mortem scias, CASIMIRE?

Adeonè Mars ex Acie,

Mors è Palatiis Optimum quemq; rapit:

Morti obnoxius quì fuisses,

Qui nihil in vita nō immortale gesseris?

Ita, cùm tot Caputibus imperares, vni nequisti imperare mortis

Elatior illa est, quàm vt se Humanæ velit submittere Celsitudini.

Totas in Te exseruisse vires visa,

Cùm & intus morbo, & extra impeteret Patriæ infortuniis

Non sine Politicæ genio,

Quòd plebeiis Gottorum cladibus fatigatam falcem

Nefas duceret illustri cruore tingere;

Hinc SAGITTAM EX BRESTENSI ARCV mutuata,

Te confixit confecitque.

Ita Tu & omnia viuens, & Vitam moriens SAGITTâ consignasti.

Quamuis hanc pulchriùs etiā Annuli, Tuzq; felicitatis gemmâ cōsignaris

Vbi autem felicior Tibi mors obtingeret,

Quàm vbi FAVSTINVS suo portendit nomine

Fauſtitate;

Terruiſſe ibi mortem poteras Tuo vel Nomine, vel Armis,

Quæ cū SAGITTA Urbis vnita fortiora fuiſſent,
Quàm faſcis telorum Anachariſis.

Imò ipſe tunc ſuas Tibi porrigebat ſagittas SEBASTIANVS,
Expugnaturus Oſſeum illud monſtrum,

Niſi Tu Vitæ immortali Æternâ præoptâſſes.

Affudit tunc & ipſe Sol Tibi lacrymas,

Cùm ad Aquarii Signum inclinaret.

ne nō largiùs Te fleret, quàm antea illuſtraret.

Subiratum eſt pullatæ Scenæ Cælum,

Atro Colori induens Niueum

Vbi nihil atri Tuo in Animo comperiſſet.

Ita vel in hieme Tua autumnauit felicitas,

Idemq; Tibi Æternitatis, qui Anni initium mensis fuit,

Aliis faſces nouos, Tibi Æternitatis faſciam impertitus.

Quàm oculatus Tu ſemper Argus vixeris,

Janus bifrons à Te agoni delectus exhibuit;

Nimiùm & Tu ad ſequentis Mensis Hilariam Cælum properabas.

ergo arcano Iudicio cōtra malā agēs mortē

Et noxarum Funus lacrymis proſecutus,

Affuſo vulneribus oleo, ſi quæ ſuper eſſent,

Ne non Athleta etiam Morti videreris,

Si non perunctus cum ea descenderes in Agonem,

Opportunè tunc oppoſueras aduentanti Morti Panem Vitæ,

Sepulchri tenebras nolens ingredi ſine Luce Vera,

ec ſine antecænio magnā ad Cænā accedere.

Comæatum toti ſuffecturum Æternitati

Non facilè præſtaret alius quàm Sacer Panis,

Æternitatis Orbem Circulo præferens.

Rectè equidem, qui neminem gratis Cælo aſſeri noueras,

Nummum Euchariſticum Tecum capis,

Precioſa

18

Pretiosam Margaritam Thefauro Sapientiæ & Scientiæ DEI mercaturus
Præmiferas iam Prodromos ad Cælitum Patriam,
Et ne absq; comitatu eam accederes
Habebas adhuc, quæ Te sequerentur.
Hinc iam viæ illi accinctus,
Vale adstantibus, Cælitibus Animum, Corpus Patriæ,
Famam Immortalitati addixisti.

Atque hîc iam tandem
Mortalis Eloquentia conticescit,
Quâdo Tuû Oratorē agere incipit Æternitas
Succede Tu, amplior, verbis hactenus intermissus, Dolor;
Tibi iam Scena agenda est,
E Scena tunc abibis Actor,
Cùm tota exierit Æternitas.

*Nec enim breuius lugeri is postulat,
Qui Signatorium gerens Annulum,
(Æterni Honoris & Doloris insigne)
Eo sibi Æternitatem desponsauit.*

Hæc illa est META,
Quam SAGITTA attigit SAPIEHANA.

A. M. D. G.



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.